



The Holy See

IOANNES PP. XXIII

LITTERAE APOSTOLICAE

QUEMADMODUM APOSTOLICI

NOVA DELEGATIO APOSTOLICA
INSULAE MADAGASCARIAE ERIGITUR

Ad perpetuam rei memoriam. — Quemadmodum Apostolici officii conscientia postulat, ea omnia mature seduloque praestanda sunt Nobis, quae ad fines religionis proferendos salutemque animarum procuranda in satins va leant. Huiusmodi studio perinoti, res in regione missionali opere excolenda, qua Madagascaria aliaeque insulae, « Reunion » et « Mauritius » volgo appellatae, continentur, novo statuimus componere ordine. Itaque Nos, audito Dilecto Filio Nostro Gregorio Petro Sanctae Romanae Ecclesiae Presbytero Cardinali Agagianian, Sacri Consilii nomini christiano propagando Pro-Praefecto, moto proprio, certa scientia ac matura deliberatione Nostra degne Apostolicae potestatis plenitudine, harum Litterarum vi perpetuumque in modum. *Apostolicam Delegationem*, nomine *Insulae Madagascariae* appellanda, erigimus et constituimus, quae praedictum territorium complectatur, cuiusque sedem in urbe Tananariva collocamus. Eidem ergo sic per Nos erectae Delegationi Apostolicae omnia et singula deferimus officia, privilegio atque indulta, quae huiusmodi Delegationum propria sunt. Contrariis quibuscumque non obstantibus. Haec edicimus, statuentes, decernentes praesentes Litteras firmas, validas atque efficaces inquit exstare ac permanere; suosque plenos atque integros effectus sortiri et obtinere; meliorataeque Delegationi ita constitotae nonne et in posterum plenissime suffragari; sicque rite indicandum esse ne definiendum; irritumque ex nonne et inane fieri, si quidquam secus, super his, a quovis, auctoritate qualibet, scienter sive ignoranter attentari contigerit.

Datum Romae, apud Sanctum. Petrum, sub anulo Piscatoris, die III mensis Maii, anno MCMLX, Pontificatus Nostri secundo.

D. Card. TARDINI
a publicis Ecclesiae negotiis

Copyright © Dicastero per la Comunicazione - Libreria Editrice Vaticana